



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

20 De Regvlis Cancellariae Papalis, nouis technis & reseruatis super
casibus futuris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

re, ac penitus abrogare, Neue illis posthac permittere, vt beneficia Germanorum libera, per machinationes præfatas, oppugnare impune audeant.

QVOMODO PROVISIONES ECCLESIAE
sticarum dignitatum Romam pertrahantur,

Item quæcunq; dignitates, seu beneficia pingua, vtputa **19**
Præposituræ, Decanatus, Cantoratus, ac cætera officia, Canonatus, Ecclesiæ curatæ, & beneficia simplicia, quæ sub mense ordinario, extra Romana menia vacare incipiunt, quorum ante hac ad ius ordinariû patronatus ecclesiasticorum & laicorum spectabat collatio, & electio, tum excogitatur a Romana sede, iuris patronatus ab ordinarijs collatoribus abalienatio, maxime si possessores pristini beneficiorû aut officiorum dignitatumue talium, familiares vel officiales Papæ aut Cardinalium fuerunt. Ideo rogant Ro. Imp. Status, prædictum etiã onus e medio tollendum, ac patronos collatores ordinarios apud collationem, electionem, præsentationem, et nominationem talium dignitatum ac beneficiorû: iura scilicet ordinaria, defendendos, ac defensos manutenendos. Nec curandum, vtrum familiares, vel officiales Romanæ curiæ fuerint, qui beneficia hæc possederint, regressum accessumue, aut aliud quoddam ius imaginariû ad ea habuerint, ita q; tale ius prætentû ordinario patrono ac collatori, nûc & posthac nullû faciat præiudiciû, nullaq; generet iacturam, sed per omnia iura ordinaria sinantur illesa.

DE REGVLIS CANCELLARIAE PAPA

lis, nouis technis & reseruatîs super casibus futuris.

Ad hæc Cancellariæ Romanæ, regulæ, quas ad sua compendia subinde excogitare solent Curtisani, ac toties ferre ac reuocare, necnon & aliæ subinde nouæ artes excogitari ceperunt, quibus beneficia ecclesiastica ex Germania Romam eo facilius pertrahentur, adgrauarenturq; ita vt si Germanorum quispiam beneficiorum aliquod ambiat, id quod non

B iij

aliunde, q̄ ex Curtisanorum manu, magna numerata pecunia, aut pensione annua reseruata assequi possit. Neq̄ in hoc Curtisanorum inexplebilis auri sitis contenta quiescit, quin nouas quotidie artes excogitet, qualis est & illa; cum super beneficio aliquo vacaturo, duo aut tria millia aureorum ad futuros casus reseruantur collatoribus ordinarijs, tam ecclesiasticis, q̄ sæcularibus, eorūq̄ iuri ordinario, ac ipsis deniq̄ ecclesiasticis beneficijs in prægrande exitium, perniciem, atq̄ tenuationem & detrimentum. Nam quum casus aliquis futurarum reseruationum existit, adsequiturq̄, is beneficium, cui prius tot reseruata erant super hoc millia, tum ad supremam opem, technas profecto inauditas, confingunt, permutationum, s. reseruationem, surrogationem, reseruantes sibi ingressum, regressum, accessum, atq̄ alias id genus decipulas, quibus ius ordinariorum, collatorum ita exhauritur & attenuatur, vt aut nunq̄, aut vix tandem post multorum annorum curricula, patroni ac collatores ordinarij, ad ius suum patronatus peruenire possint.

DE ECCLESIASTICIS BENEFICIIS,

curatis, & non curatis, in genere.

12 Nec minus & illud in Romana curia hucusq̄ obseruatū est, vt gratiæ & reseruationes pectorales, mentales, generales & speciales regressus, accessus, incorporatiōes, vniones, & concordata, quod suis vocant excogitatis nominibus, ob pecuniæ & priuati lucri amorem, super beneficijs ac prælaturis, præsertim per Germaniam, Curtisanis a sede Romana concederentur. Neq̄ hoc contentus fuit habendi sceleratus amor, quin & ea ipsa beneficia ac prælaturæ prædictæ, societatibus mercatorū potentū ere, cū onere cæsus mediocris, sed ita, vt dehinc lati⁹ vèderentur, cōcedūtur. Qua subtili practica atq̄ techna factum est, q̄ plurima, aut certe pinguium beneficiorum, magna, si non maxima portio ex Germanorum manu Romam est translata, quæ beneficia hinc idiotis, inido-